Petrus Lombardus: Sententiae

wohl Deutschland (Heidelberg ?), 15. Jh. Seite 137v



ceteris oribus etiam hic ut in
futuro dimittatur, qui habens cor
induratum tamquam lapis sicut
de diabolo legitur. Post hec vero
tamen quam valde sunt mala
mentis etiam dimitti non possunt.

Que alia acceptio peccati in spiritum sanctum

Sunt etiam alia huius peccati
assignationes. Hi enim peccatum
Augustini diffinitionem in libro de sermone
domini in monte aiunt: Peccatum ad mortem
est cum post agnitionem
dei per gratiam quis oppugnat ali
quis fraternitatem et adversus ipsam
gratiam qua reconciliatus est
deo invidentie facibus agi
tatur. Quod fortasse est peccatum
in spiritum sanctum quod perhibet dominus non
remitti, non quia non sit ipsum
dumtaxat peccatum si penituerit, sed
quia tanta labes est illius peccati
ut deprecandi humilitatem subire
non possit, etiam si peccatum suum
mala conscientia cognoscere et enuntiare
cogatur. Ut Iudas cum dixit
peccavi facilius desperatione cu
currit ad laqueum quam humilita
te veniam peteret, quod propter magni
tudinem peccati iam ex damp
natione peccati tales habere creden
dum est. Ecce quedam assignatio
peccati in spiritum sanctum vel ad mortem
hic posita est, quia illud peccatum esse
traditur oppugnare fraternitatem
post agnitionem et invidere gratie
post reconciliationem, quod sperantes
quedam obstinationis intelligi
putant. Illud tamen diffinitionis Augustini
in libro retractationum emendans aliquid
addendum ibi fore, nec asseverando
se dixisse aperit ita dicens: Et
quod non confirmavi quia hoc putare
me dixi. Sed tamen addendum
fuit: si in hac scelerata mentis per
versitate finierit hanc vitam, quia
de quocumque pessimo in hac vita
constituto non est desperandum
nec pro illo imprudenter oratur
de quo non desperatur. His verbis
insinuat peccatum premissa defi
nitione descriptum tunc solum dici
tum ad mortem ut in spiritum sanc
tum cum non hic commissi penitet. Nec
de aliquo peccatore in hac vita
est desperandum et ideo pro omni est orandum.
Unde illud Iohannis: Non pro eo di
co ut quis oret, sic accipiendum
videtur: ut pro aliquo peccante
ad mortem, ut in spiritum sanctum, perseverans
finierit hanc vitam non oremus.
Dum autem in hac vita est nec pec
catum illius iudicare nec de illo de
sperare sed pro illo orare debemus. Unde
Augustinus de verbis domini de penitentia: Que
quere est blasphemia in spiritum sanctum?
Sic ait: Ista impenitentia vel cor
impenitens quamdiu quisque in
hac carne vivit non potest iudica
ri. De nullo enim desperandum est
quamdiu patientia dei ad penitentiam ad
ducit. Paganus est hodie, unde scis
infelix est hodie, Iudeus est
hodie, scismaticus est hodie. Quid
si cras amplectatur catholicam
fidem et sequatur catholicam verita
tem? Quid si isti quos in quocumque ge
nere erroris notas et
tamquam desperatissimos damp
nas, antequam finiant istam vitam
agant penitentiam et inveniant
veram vitam in futuro? Nolite
ergo ante tempus quicquam iudicare.
Ex his ostenditur quod singulis pec
catoribus in hac vita est oran
dum nec de aliquo est diffiden
dum, quia quamdiu quis in hac
vita est sciri non potest si de aliquo
peccavit ad mortem, ut in
spiritum sanctum, id est si ab hac vita dis
cesserit. Nisi forte alicui per spiritum
sanctum miraculose revelatum fuit.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_326/0278

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG